



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Francisci Bellegambe è Societate Jesu Theologi,
Enchiridion Theologo Practicum Tripartitum, De Ivbilæo
Ecclesiastico**

Bellegambe, François

Coloniæ Agrippinæ, 1700

Q. 2. Qualis debeat esse Confessarius eligibilis per Jubilæum?

urn:nbn:de:hbz:466:1-42093

208 P. 3. De Jubilæo extraordinario.
tificativum Clementis X. non patro-
cinari affirmantibus. Verum Decre-
tum istud est tantum notificativum
pro Anno Jubilæo; adeoq; nihil facit
contro affirmantes pro Jubilæo ex-
traordinario, seu duarum hebdoma-
darum.

Adde, cum Tamburino De Pœnit.
c. 5. §. 4. n. 40, tacitum consensum
Superiorum, qui dum Jubilæum suis
subditis proponunt, satis ostendunt,
eam libertatem approbare eligendi
Confessarium.

Q. 2. Qualis debeat esse Confessarius
eligibilis per Jubilæum?

R. Debet esse approbatus ab Or-
dinario. Quod si Bullæ, ut ferè so-
lent, exigant approbatum ab Ordi-
nariis locorum, debet esse approba-
tus ab Episcopo, aut ejus Vicario.
Hi enim intelliguntur nomine Ordi-
narii loci seu locorum. Et tunc non
posset Regularis in Confessarium
eligere Regularem à solo suo Præla-
to approbatum; ut est communis sen-
tentia, quam tenent Suarez, Re-
ginal.

ginaldus, Vega, & alii, quos citat & sequitur Lugo *disp.* 20. n. 141. & 143. contra varios approbatos à Dianâ p. 5. rr. 12. R. 37. quorum opinionem censet probabilem & tutam in praxi Gobat n. 229. dicens, Clausulam illam, *Ordinariis locorum*, posse intelligi ampliativè.

Id quod etiam priùs dixerunt Bonacina *De Sacram. disp.* 5. q. 7. pu. 4. §. 1. n. 25. Bordonus *Resol.* 34. n. 50. qui etiam expendit *ly, eligere possint*, quod habet Bulla; & Castropalao *De Pœnit.* pu. 17 n. 11. Quasi dicat Pontifex, quòd Pœnitens non solùm possit confiteri suo Parocho, aut alteri Sacerdoti, sicut poterat ante Jubilæum; verùm etiam possit alium quemlibet Sacerdotem approbatum ab Episcopo eligere, quamvis alias ante Jubilæi concessionem non possit ei confiteri.

Et hæc interpretatio multùm favet Regularibus, præsertim iis, qui sunt in Monasteriis, quorum Confessarii non sunt ab Episcopo approbati

210 P. 3. De Jubilæo extraordinario.
bati; ut observant Bonacina, Gobat,
Pouillé p. 2. c. 2. n. 7. & alii: de quo et-
iam fusiùs Dicastillo De Pœn. disp. 10,
n. 262.

Atque hoc etiam extendunt ad no-
vitios, Joannes de la Cruce, & alii;
& quidem satis probabiliter, ait Dia-
na supra, Bordonus n. 51. Pouillé *ibid.*
fine.

Quòd, si in Bullâ præcisè poneretur
nomen *Ordinarii*; tunc multò proba-
baliùs diceretur, & absolute dicerem,
ait Gobat n. 230. cum Filliucio 275.
Lezanâ, & aliis, sufficere pro Regu-
laribus approbationem Prælati Reli-
giosi. Testatur ipse Filliucius, ita res-
ponsum esse sæpè in sacrâ Pœnitentia-
riâ, addens hanc responsionem funda-
ri in benignâ interpretatione vocis
Ordinarii, & intentione Summi
Pontificis Indulgentiam conceden-
tis.

Certè nomine *Ordinarii* absolute
prolato, intelligi (nisi materia sub-
jecta aliud postulat) quemvis ordi-
nariâ Jurisdictione exteriori prædi-
tum,

tum, tradit ex communi Sanchez De
Matrim. l. 3. disp. 29. n. 4.

Pro eâdem Sententiâ refert quam-
plurimos Pourré paulò antè citatus,
additque esse conformem cuidam
Constitutioni Clementis VIII. 3. No-
vembris 1590. quam refert Quaranta
in Bullario v. *Confessor*, p. 197. im-
press. Venetæ 1614. cujus etiam me-
minit Bonacina *suprà*, & Ascanius
Tamburinius De *Jure Abbat. to. 2. disp.*
6. q. 17. n. 2. quem lege.

Et quidem, stante istâ sententiâ,
posse Regularem confiteri Confessa-
rio approbato à Prælato alterius Or-
dinis, docent Peyrinis, Fernandez,
& alii, apud Dianam p. 3. tr. 2. R. 21.
& Simonem Pourré *suprà n. 9.* appro-
bantem, contra Bordonum, Fabrum,
Bosium, apud eundem Pourré n. 8.

Non posset tamen Sæcularis elige-
re talem Regularem approbatum à
solo Prælato Regulari: quia hic non
est Ordinarius Sæcularium, Filiucius
suprà, Diana p. 1. tr. 11. R. 7. *sine cum*
Nugno.

Q. 3. Qui-

212 P. 3. De Jubileo extraordinario.

Q. 3. *Quinam intelligantur nomine Ordinarium loci, seu locorum, à quibus debent esse approbati Confessarii pro facultatibus Jubilei?*

R. Probabilius intelliguntur Ordinarii locorum, in quibus fit confessio; ut docent Lugo *De pœnit. disp. 21. n. 14. & 35.* Thom. Tamburinus *de Sacram. l. 5. c. 5. §. 4. n. 11.* & *Tract. de Bullâ Cruciatâ cap. 11. §. 1. n. 1.* Berrendus *Locht Tract. 21. art. 8. post med. &c.*

Q. 4. *An, qui est approbatus limitatè, v. g. pro viris, non pro mulieribus; pro rusticis, non pro mercatoribus, &c. possit eligi ab omnibus illimitatè?*

R. Negativè, cum Suarez *disp. 28. sect. 7. n. 3.* De Lugo *suprà n. 16.* citante Emmanuëlem Rodriguez, Villalobos, Homobonum, & alios; Bordonno *Resol. 34. n. 54.* Th. Tamburino *sup. §. 4. n. 29.* Gobato *n. 233. &c.* contra plures.

Idem ferè dicendum, & dicunt prædicti Authores de approbato limitatè ad unum oppidum, pagum, &c.